

Electronic Periodicals Archive & Database



1765

66

Mercurius Hungaricus.


Agriâ 30. Maji.



Serenissimus Princeps Transylvaniae, ob liberiores salubrioremq; auram, Civitate hac, tota cum sua Aula exeundo, in apricis ejusdem campis tentoria fixit, ac in dies, qua ventionibus, qua exercendae regulari Militiae vacando, pro continuanda Campania, de apparatus belli sedulo disponit omnia. Illustrissimus Dominus Comes DANIEL ESZTERHAZI Junior de Galantha, ob praecleara sua in Patriam merita, & proximè ostensos ad Civitates Sancti Georgii, Bazinium, & Modor, generosos Actus, quibus peditatum hostilem duobus millibus numerosiorem, cuncta tormenta & munitiones, omnem bagaciam & arma nostris cedere ignominiosèq; exire coegit in Generalem Campi Marschallum sublimatus est, & cum Sua Serenitas bellum ad partes Trans-Danubianas transferendum resolverit, ad commendandam ibidem Armadae partem eundem certò praefecisse dicitur, prout jam pro expeditione illa decem Regimina Equestris, praeter peditatum, Danubium partim transivisse, partim ad transitum in procinctu esse, ex fideli relatione innotuit, quin & Artilleria eò destinata, ex Montanis Civitatibus, unà cum tormentis, ac sufficientibus requisitis adducta, Hatvaninum appulit, ac recta ad pontem super Danubio stratum devehitur. Archiepiscopus Koloczensis, nec-non Baro *Stephanus Szirmai* Legati Caesarei hic adhuc morantur, succenturiatos suos Episcopum *Visa* & *Paulum Okolocsány* Viennam praestolantes, quos quandoquidem Serenissimus Princeps, cum confederatis Hungaris, ea cum resolutione, ad Legatos Angliae, & confederati Belgii (qui haecenus mediationem suam offerebant) remisit, ut experimentum, simulq; affidavitionem à Sua Majestate, de admissione garantiae, pro futuri tractatus pacis securitate necessaria, sumentes, quantocyus informationem suam dare velint, interea verò temporis Sua Majestate Caesarea fatis cedente, tantò jam avidius eosdem cum responsoria resolutione expectamus, quantò magis novum successoris Regimen, quae circa res Hungaras sit intentio, scire cupimus. Serenissimo Principi, de Regimine Principatus Transylvaniae, quod adhuc vivo Caesare, per liberum Statum & Ordinem Votum obtinuit, multi eò magis congratulantur, quòd *Josephus Rex*

(I.)

R. XI. 279.



[1]

Electronic Periodicals Archive & Database (Hungarian abbreviation: EPA) is an initiative made by Hungarian Electronic Library, the main task of which is to keep records of, to register Hungary-related electronic and online periodical publications, as well as to archive, safely preserve on the long-run and service as many Hungary-related electronic periodical publications as possible.

In July 2020, EPA archived over 1,200 types of publications (including approximately 124,000 journal copies and 650,000 articles), and kept records of approximately 4,000 electronic periodical publications. Among the archived periodicals, there are a number of scientific journals (“born digital”, i.e. published only in an electronic format), literary journals, newspapers digitized retrospectively, scientific journals, humor magazines, but the Dear Reader can also browse in newspapers published across the borders, as well as in district and town bulletins.

EPA is in close cooperation with Miskolc-based MATARKA table-of-contents database (in the form of data exchange), by way of which one can search in the content of EPA according to the title and the author of the articles.

[Electronic Periodicals Archive & Database \(EPA\)website](#) [2]

Source URL: http://193.6.201.226/en/electronic_periodicals_archive_database

Links:

[1] [http://193.6.201.226/sites/default/files/Mercurius Veridicus ex Hungaria.jpg](http://193.6.201.226/sites/default/files/Mercurius_Veridicus_ex_Hungaria.jpg)

[2] <http://epa.oszk.hu/html/aboutus.html>